



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo Nativitatis Deiparæ Virginis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

quitatem & omnia aduersa ferenda, etiam vi-  
ta jacturam faciendam: sed in primis profun-  
dam illam humilitatis virtutem, quo nos ipsos  
despiciamus despiciendo reliqua, eo quod pri-  
mus ille ad celestem gloriam se gradus, ad  
quam nos Pater, nos Filius, nos Spiritus S. de-  
ducere dignentur. Amen.

### IN FESTO NATIVITATIS DEIPARÆ VIRGINIS.

Partitio.

1. De infelicitate natalium mortalium.
2. De nata Servatrice: sed etiam tam seror.
3. De gaudio ex Nata concepto.
4. De festiuitate gaudij ex Nata.
5. De Natæ meritis.

De qua natus est Iesus, qui dicitur Christus,  
Matth. 1.

### FIGURA.

Gen. 40.

**V**eteres Ægyptij pro more habebant Au-  
ditores publico quodam festo & applau-  
su Principum suorum natalem celebrare, vt è  
quadagesimo Genesios capite colligi datur.  
Longe maiori cū ratione fideles & Christia-  
ni, magno lætitiæ & exultationis testimonio,  
hodie & singulis etiam annis, beatum ac feli-  
cem natalem Principis suæ, id est, Deiparæ  
Virginis hominum simul & Angelorum Do-  
minæ ac Reginæ celebrare possunt. Hoc est,  
quod hodie colit & veneratur Ecclesia, quod  
vniuersa celebrat Christianitas, quod cælum  
terramq; lætificat, quod præsentis concione &  
celebrare & de prædicare conabor, euiusque  
laudes, triumphos & mirabilia canam: tu sa-  
cra Virgo cymbam nostram dirige, cumque  
tui causa nauigationem instituerimus, tu no-  
bis cynosura & helice esto, tuisque ad Deum  
intercessionibus præsta, vt Spiritus S. stabrum  
auramq; propitiæ sentiamus. Atq; hunc in  
finem salutationem Angelicam omnes pro-  
puntiabimus.

### AVE MARIA.

Magna eorum dementia & infania erant,  
auditores, qui vitæ huius miseræ & ærumno-  
sæ dulcedine inelcati felicem ac fortunatum  
eum putabant diem, quo in mundū exierant,  
& sui amore dementati, omni eum plausu ce-  
lebrabant: si enim oculos coniecerimus in id,  
quod vitæ nobis parat introitus, ingressus, Fatuitas na  
comemoratio & vitæ, quam in ipso viuimus,  
talem suam  
celebrantiū  
exiguam gaudendi, sed plurimas lachryman-  
di dolendiq; occasionem reperimus. Et sane  
iniquum & impar videatur & rationi aduer-  
sarium, diem illum ab homine inter beatos &  
albo notandos cælo referri, quo magna cū  
infamia in carcerem coiectus est, gehennam  
passus est, & quo nō prius egressurus est, quā  
dum ad supplicium rapitur. Idem nobis in Mundus  
vitæ huius introitu contingere solet, mundū  
hichominis  
est carcer.  
enim hunc intrantestristem quendam ingre-  
dimur carcerē, in quo mille tormenta & mil-  
le cruciatus pati debemus, nec eo prius egre-  
di datur, quam ad mortem dum rapimur, ne-  
fas igitur & indignum diem illum inter feli-  
ces recensere.

Hoc perspectum habens Plinius, quamuis Plinius de  
alioquin veti Dei cultus ignarus, diem nata-  
naturæ suæ detestabatur, & cum natura expo-  
stulabat, quod erga cætera se animalia vt ma-  
træ, erga hominem vero solum, vt nouerçā,  
se exhibuisset. Nec immerito ea expostulatio  
deprompta, certumq; est, hominē quam pri-  
mum vt in mundum editus est, dupli. i carce-  
ri includi, corpore quidem animam, & corpus  
mundo, è quo post plurimos exantelatos la-  
bores non prius egredi dabitur, quam in ci-  
neres & putredinem conuertemur.

Egrègia hoc figura è libro Exodus de prom-  
pta facit manifestus. Moyses è stirpe Leui  
prognatus mox vt natus est, in profluentem  
deijcitur, & Ægyptiarum aquarum impetum  
experiri cogitur, Posuitq; infantulum inuis, &  
exposuit eum in careçis ripa fluminis Calamita-  
tis nostræ augurium & signum manifestum  
nos quamprimum vt nati in hunc mundum  
venimus, vitæ infortunij obnoxios & flucti-  
bus, milleq; aduersitatum hoc in mundo oc-  
currentium vorticibus expositos esse.

Hæc

Duo Philo-  
sophi di-  
verge-  
ri

Hæc fuit causa, cur duo Philosophi nimium quantum inter se discrepantes vitæ inaniæ & aduersitatem hic risu, ille steru ex cepit: suâ prior natiuitatem natalemque deridebat explodebatq; dum quibus nos illa malis inuolueret, perpenderet, & huic nomen Democriti, alter dum vitæ calamitates sibi ob oculos poneret, in lacrymas resolvebatur, ac nullo non tempore ingemiscebat, Heraclitus scilicet.

Non discrepat multum filiorum Israel historia, in Babylonem enim captiui abducti, in clima barbarum & inimite cum ab inimicis ad patria carmina decantanda inuitarentur, omnem risum perosi, lacrymantes gemiscentesq; dicebant: *Quo modo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Idem quoque homo cælo extorris, & in mundi captiuitate mundi; tyrannidem redactus respondeat, cum inimici illum ad risum & iniquitates sæculi confectandas inuitant, cogitet, inquam, se in loco ærumoso, & inimici climata versari. Quis igitur rideat, gaudeatque in vitam molesta miseraq; constitutus?

Thracum nos.

Thracæ immanitate ac feritate barbari, vitæ huius afflictionem & ærumnas perpessus cum haberent, in filiorum natiuitate plorabant, cum tam miseram & ærumnosam illos ingredi vitam viderent, in eorum vero morte ac funere plaudebant ac lætabantur, quam periculosam nauigationem cõfecissent, & vitæ huius captiuitate soluti, vitæ alterius gaudiorum suauitatisque composites facti essent.

Huic consuetudini quam proxime accedebant Aegypti, diem enim natalem suum negligentes vnicum mortis & funeris præ oculis habebant, utq; nunquam illum animo exuerent, mortis imaginem epulis inferri mandabant, eam amplectentes, ac velut miseriarum suatum finem, ac felicitatis inieum habentes.

Refert Antipatrum Sidonium Pœtam Valerius Maximus diem natalem suum detestatum semper fuisse, quod vnicum hoc die semper agrotaret, & eodem etiam extinctus sit, ut qui vitam ei dederat, eodem quoque mortem & interitum afferret, quique vitæ fuerat introitus, foret & exitus. Merito igitur diem

Plat. in con-  
suet. sept.  
quint.

hunc detestari poterat. eumque ut feralem & nigro dignum lapillo auersari, ut qui mortalibus ei fuerit & extremus.

Nemini igitur mirum aut nouum videri debet, si gentiles hi primum dierum suorum ita stat detestati, eumque dierum esse duxerint acerbissimum: cum & Iob, qui Dei cognitione fuit imbutus, eundem diris deuouerit ac maledictione prosciderit, *Maledixit diei Iob maledixit diei quo locutus est, pereat dies quo natus sum, & cit diei natus in qua dictum est, conceptus est homo, dies ille vertitur in tenebras.* Quin & impatientia lites egressus in recensendis ærumnis pergit dicens, *Quare de vuluis egressus sum? qui vitæ nam consumptus essem, essem quasi non essem.*

Quam vitam hanc auersaretur, quamque Iacob illius molestias ægre ferret, satis Iacob Patriarcha declarauit: Pharaonamq; æratem illius sciscitatus ait, *Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?* cui ille respondit, *Dies peregrinationis meæ centum & triginta anni, unus parus & mali.* Tanto cum vixisset tempore, non nisi minimo se vixisse credebat, vitæ enim huius ærumnas & calamitates sibi proponens credebat vitam mortis potius, mortem vero vitæ nomine appellandam esse.

Atque ideo Ecclesia à Spiritu Sancto edoceta, diem natalem Sanctorum non celebrat, mortis sanctæ cum quo ex hac vita abierunt, ac præter mundi consuetudinem diem mortis, eorum talem nuncupat. A deo ut non nisi tritium dies natales Sanctorum celebret, ceteros vero deplorare videatur, Iesu Christi scilicet, Beatæ Virginis, & Ioannis Baptistæ, Filij inquam, matris ac clientis, prioris ante natiuitatem, secundæ in conceptione, natura sanctificati, Deiparæ igitur natiuitas inter feliciores natiuitates numerari potest, cuius hodie Ecclesia memoriã recollit, & Euangelio hoc hodierno continetur: ut vero in illius expositione gaudendi quoque & exultandi sit occasio, primo de festi huius celebritate, deinde de illius quæ hodie nascitur & celebratur meritis & dignitate loquat.

Primo itaq; , felix ac beata gloriosæ Virginis ac Dei matris natiuitas, ex Abulenſis supputandi ratione contigit anno mundi MMM. DCCCC. XLVII. & à transmigratio- ne à captiuitate Babylonica DLXXVI. & ab

Iob 3.

Tob maledi-  
xio: in qua dictum est, conceptus est homo, dies ille vertitur in tenebras. Quin & impatientia lites egressus in recensendis ærumnis pergit dicens, Quare de vuluis egressus sum? qui vitæ nam consumptus essem, essem quasi non essem.

Gen. 47.

Ecclesia dic-  
torum nam-  
talem nun-  
cupat. A deo ut non nisi tritium cupat.

II.  
Quo tem-  
pore nata  
Deipara.

vrbe condita DCCXXXVIII. vigesimo secundo Imperij Augusti, secundum Danielis hebdomades, hebdomade LXIV. cum Herodes Ethnicus alienigena ad regnum & sceptrum Israelis peruenisset, iuxta vaticinium Patriarchæ Jacob. *Auferetur sceptrum de Iuda.* Nata porro Virgo nostra est octaua Septembris die, nec sine mysterio: annum quippe suum Hebræi à prima Septembris luna auspiciabantur, credebantque mundum eodem esse mense conditum, eo nixi fundamento, quod arbores tum fructibus, & pomis onustæ essent, quod non nisi in autumno fieri potest. Adeo ut eodem tempore, anno, mense, & eodem propemodum die, quo infelix Eua malorum pandora à Deo creata fuit, gloriosa Virgo, omnis felicitatis nuntia est, & causa, nata sit, atque ad præuicationem primæ feminæ expiandam destinata.

Nata eo quo creata Eua tempore.

Rationes cur dilata Virginis natiuitas.

Vnde factum vero & quamobrem, ut sancta & natiuitas tanto fuerit tempore dilata, & præclara dari rationes possunt. Prima sit hæc similitudine expressa, cum Rex aliquis nouum sibi regnum acquisiuit, & ipsum adire vult, ut in eo in Principem admittatur, Principes suos ac præfectos viam paraturos præmittere solet. Ita quoque totus vniuersi Monarcha mundum ingressurus, atque infinitam maiestatem suam & incredibilem potentiam patefacturus, Principes suos, Patriarchas, scilicet Prophetas, Reges plurimos, ac varios sanctitate illustres viros præmittere visum fuit. Catalogum eorum texit Mattheus, dum Euangelium suum ab eodem auspiciatus ait, *Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Isaac genuit Iacob.* O egregiam seriem, & recensionem! duodecim hic videre Patriarchas, totidem Prophetas, totidem quoque summos licet Pontifices, qui ordine quique suo incedentes, quatuor annorum millibus præcessere, antequam Christus Rex, eiusque sacratissima mater, ac Regina nascerentur: quos deinde duodecim Apostoli, septuaginta discipuli, & infinitæ Martyrum myriades, tot confessores ac virgines & plurimi sanctorum, secuti sunt.

Ecce & aliam. Natiuitas hæc dilata etiam partum est, ut hinc mundo Dei omnipotentis

furor & indignatio manifesta fiat, qui vniuerso mortali delicto ita irritatus erat, ut ad quatuor annorum millia iram suam extenderet, nec generi humano voluerit reconciliari, *Tæ Peccati tæno animis, cælestibus ira?* E quo peccator grauitatem & malum peccati agnoscere potes, cum enim ipsius te reum constituit, in tam profundam ac præcipitem laberis voraginem, ex ea ut sine Dei misericordia egredi nequeas. De filio prodigo apud Lucam dictum est, quod postquam patrem suam domum dereliquit, in regionem longinquam concesserit, in qua cum ad multos annos subtraheret, omnem substantiam dissipauit. Veram ecce peccatoris imaginem, qui dissolutione sua domum Patris cælestis, deserens, in peccati regionem concedit, que vere regio longinqua & remota est, in qua longo commoratus tempore, gratias, virtutes, bona, tempus, & reliquum substantiæ dissipat. Quantum Deus bone peccatum inter & gratiam interuallum! Quam sunt hæc via à leuicem distantes, & iter hoc longum?

Luc. 15.

Infelix Adam, atque omnis illius posteritas cum in hanc regionem venisset, & vias illas abditas esset ingressus, quatuor aut quinque annorum millibus errauit, priusquam exitum reperiret, & à statu damnationis ad beatam iustificationem se conuerteret. Angeli Spiritus illi prompti, celeres, pernicies, cum semel hoc iter ingressi essent, idque ob superbiam & arrogantiam, nondum redire potuerunt, nec vnquam reuertetur, eorumque elongatio perpetua futura. Sed ecce allegoriam huc spectantem.

Hebræi rerum penuria & fame stimulante pressi patriam & cælum mutare coacti sunt, & in Ægyptum se conferre, non nisi ad triennium vel quadtriennium forte ibidem permanere proponentes, quam diu scilicet fames & rerum inopia duraret, ut fertilitatis annis venientibus, iterum in patriam reuenterentur, sed longe secus & præter opinionem accidit, omnes enim in Ægypto mortui, atque eorum posteritas quadringentis ibidem annis commorata est, & non nisi Deo iuante, vi armorum, ac præuijs miraculis egredi potuit. Vnde Psalmista, *Emisit signa & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem & in omnes.*

Allegoria.

Psalm. 124.

Psal. 6.

omnes seruos eius: & aiibi, *Fecit mag. alia in Aegypto, mirabilia in terra Chanaan, terribilia in mari rubro, &c.* Eheu peccator infelix, cum fame & inordinata voluptatum & deliciarum mundi huius factus es presum te vides, placidum ac suave gratiæ diuinæ clima mutas, quo in peccati Aegyptum descendas, è qua te mox, vbi voluptatibus non nihil indulseris, rediturum, breui exomologesin facturum, ac breui pœnitentiam facturum speras, sed sepe te diutius ibidem commorari contingit, & spe frustratus in peccato moreris, iuxta interminationem illam Evangelicam, *Et in peccato vestro moriemini.* Numquam vero inde egredieris, nisi diuina tibi affuserit misericordia, & miraculorum violentia extraharis. Adeo vt, sicut Diuus Thomas asserit, iustificatio & remissio peccatorum maximum opus Dei sit. Sed iam in tentationibus nostris proferendis pergamus.

Trist. de pœnit.

Tertiam hanc statuo. Natiuitatis huius felicitas tam diu dilata fuit, vt hinc Dei de peccatorum salute sollicitudo denotetur. Huc respiciebat in Cantico Sponsa, cum de Sponsa interrogata qualitatibus, *Qualis est dilectus tuus, o pueri, cherrima mulierum?* inter cetera respondit, *Caput eius aurum optimum, coma eius sicut elata palmiarum, nigra quasi coruus: per palmam denotantur iusti, per coruum vero peccatores, atque ideo dicere vult delicti sui cogitationes, quas coma figurant, & de iustorum & iniustorum salute occupatas esse, hos vt conuertat, illos vero vt in gratia conferret.*

Cant. 7.

Gaudet Deus de peccatorum conuersione.

Tantopere Deo præuariantium emendatio cordi est, vt aliud propemodum cogitare aut facere, quam media illius suggerere, & inspirationes sanctas immittere ad eos conuertendos, & in gratiæ viam reuocandos, non videatur, imo gaudet, & omnes cum eo Angeli, audito vel vnicam animam errantem in viam redire, quæ maiori illum gaudio afficit, quam nonaginta nouem, quæ non indigerunt pœnitentia, sed in vocatione firmæ & immobiles persistunt, vnde ait, *Gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.*

Luc. 15.

In domo & aula Principis alicuius nemo simile. gaudet vel admiratur, cum arietes, agni, capelli, vituli, gallinæ, columbæ, aliæque domestica animalia iugulantur, quia ordinarium & solitum est; at si visus, aper vel leo mactetur, omnes exultant & gestunt. Iusti animalia domestica sunt & ad Dei domum spectantia, ob quorum mortificationem nulla noua Angelis Deo oritur exultatio; ac dum peccator immitte & ferox illud animal leone & viso immanius bestiales impetus sequendo, per diuinas inspirationes, contritione & pœnitentia intrinsecus faucius, peccato mori incipit, quantum in celo inter beatos sit gaudium exprimi nequit. Hæc igitur est ratio, cur tanto tempore Virginis huius natiuitatē aduentumque distulerit Deus, vt hæc ratione ijs tempus de salute cogitandi, seseque ad pœnitentiam disponendi concederetur.

III.

Omnes hæc rationes præclara sunt, ætamen qui fieri potuerit, cur aduentum tuum, Regina mundi optatissima & expectatissima differre volueris, intelligere non possum, tu enim iam olim, vel tuo nomine prophetae gloriati sunt, ante mundi creationem te præelectam & prædestinatam fuisse, *Dominus Prou. 8. possedit me ab initio viarum suarum, antequam quidquam faceret, cum eo eram cuncta componens.* Quamuis enim locus hic primo & per se iuxta Origenem, de æterna sapientia intelligatur, proprie tamen & aptissime ad Virginem Deiparam referri potest, quin & Galatinus libro de Catholice veritatis arcanis docet, quamuis loca hæc Prouerborum *Lib. 7. c. 2.* & Ecclesiastici Christo & Ecclesie conueniant, Virgini tamen non improprie adaptari posse, cum & Epiphanius iam à mille annis locum hunc Salomonis de Messia intelligi posse negauerit. eiusdem opinionis sunt Gregorius Nazianzenus & magnus Basilius: accedit quod Arriani loci huius auctoritate grauius Catholicos, aduersus verbi diuinitatem, insectarentur. Cum itaque loca hæc de gloriosa virgine intelligi debeant, atque ipsa in Dei matrem, iam inde ab initio viarum illius, id est, iam inde a peccati præuisione & de genere humano redimendo decreto & voluntate verbi, qua humanam naturam

assumere voluit, prælecta & prædestinata fuerit, unde fit ergo, natiuitatem hanc tanto dilatam esse tempore?

*psalm. 68.*

Psalmodographus hanc temporis moram & expectationem diuturnam ante quam Messias descenderet perosus, dicebat lacrymans,

*psalm. 108.*

*Defecerunt oculi mei suspicientes in excelsum, & alio loco, Defect in salutare tuum anima mea, dicem: quando consolaberis me, & venies o Redemptor orbis?* Idem mundus de natiuitatis huius dilatione dicere poterat, defecerant scilicet oculi eius ob continuas lachrymas, rauca factæ erant fauces eius; & viscera singuliendo suspirandoque fracta, dum aduentum illius præstolantur. Sed quid? non sic visum Deo, & arcuum hoc prædestinationis secretum erat, eamque nasci fecit, dum voluit & placuit. Ecce tandem aliquando apparuit & nata est, omnes gaudio & exultatione replens.

*ant. 6.  
go au-  
æ com-  
ata.*

Exultate iam igitur Angeli, vos Spiritus non minus perfecti quam beati & felices: ecce enim in foribus illam, quæ ruinas vestras restaurabit, videte hic iam auroram, quam olim demirati estis dicentes, *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens: Aurora noctis est extremum, & diei exordium: hic vero vera aurora conspicitur, Virgo enim nascens noctis Synagogicæ, rigoris legalis, exilium illorum Sacramentorum, Sacrificiorum cruentorum, & ceterarum Mosaicarum cæremoniarum finem adfert, simul & diei Ecclesiæ, noui Euangelij gratia, remissionisq; peccatorum; Sacramentorum efficacium ac Sacrificij Missæ exordium. Huc alludens Apostolus ad Romanos ait, Nox præcessit damnationis & peccati, dies autem gratiæ, ac misericordiæ appropinquant, quorum prius finem, & alterum initium nascente hac Virgine habuit.*

*m. 13.*

*Natiuitas  
Virginis o-  
mnes limbi  
atres re-  
creauit.*

Exultate etiam Patres, qui iam à tot annorum millibus, in limbi caueinis delitescitis, & tetro illo carcere captiui detinetur: iam certa liberationis vestrae spes affulsit, iam breui captiuitatis vestrae vincula disrumpunt ac dissoluta videbitis. Felicem vobis offero nuntium, illam iam natam esse, quæ in Messia matrem iam olim delecta est, quamque iam tanto tempore expectastis, videre virgam illam, quæ

è radice Iesse pullulare & florem iucundissimum proferre debebas, iam progredientem, *Egredietur virga è radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Videte redemptionis vestrae simul & totius orbis certissimum indicium ac signum, quod iam olim Ioannes vidit, Signum magnum apparuit in caelo, &c. Signum misericordiæ, gratiæ, salutis & redemptionis hominum.*

O diem millies beatum! o natiuitatem gloriosam, & admirabilem! vere dixit mirabilem, quod illam viro sanctissimo Ioachimo è tribu Iuda, & Anna è stirpe Isachar è domo Dauid, post viginti sterilitatis annos vtrinq; transactos videam enasci. Quod miraculum mihi veterum veteris Testamenti prodigiorum memoriam reficit. Magnum haud dubie prodigium ac miraculum fuit, eum aquarum torrentes è durissima perra in Sinai deserto proruperunt. At longe maius & excellentius, dum Virginem hanc, quæ puteus & fons aquarum viuentium nominatur, è Ioachimo & Anna, quæ steriles rupes & quasi de prole suscipienda desperantes, enasci conspicio.

Sara magni Abrahamæ vxor cū ab angelo didicisset, filium è se nasciturum, effute ridere cœpit, ac dicere sibi ipsi congratulando, *Risum fecit mihi Dominus. Et omnes qui audierint, corridebunt mihi: quasi diceret: An non ridiculum est, omnibusq; ridendi causam dare, me, cum iuuenula & valido vegetoq; corpore prolem concipere non potuerim, iam nonagenariam & effortam Abrahamo marito meo centesimum etiam annum excedente, parere? non hoc me Iannus & sibilo omnium exponere? Quæto potiori iure S. Anna, egregiam hanc totius vniuersæ margaritæ pariens, tamque eximia filia præter spem omnem & communem naturæ ordinem mater futura, eadem verba vsurperet? & sane omnibus ridendi, non quidem irridendi sublaundique, sed tam præclaram filia huius natiuitatem admirandi datur occasio. Atque ideo vniuersa Ecclesia in huius celebritate exultat & plaudit.*

Solus Lutherus sacrilegus apostata, inferni soboles & Megeræ anguib. prognatus seltum hoc oppugnauit, eiusq; memoriam abolere voluit, *Circa Euang. gel. fest. Natiuit. Maria.*

voluit, quam ob causam odio & rabie tumes Virginis huius honori aduersatus, quodam in loco scripsit, *Peruelim hoc festum omitti, cum nullo scriptura nitatur testimonio*: sed ostendat ipse peruelim, quo scriptura testimonio Dominicæ diei, Paschatis, Pentecostes, & Natalitiorum Domini obseruatio nitatur. Deinde in præsumptione & arrogantia progressus vltimus alio quodam loco ait, *Assumptio nis & Natiuitatis festa plane reijcimus*. At debacchetur infernalis hæc Tiliphone quatum voluerit, quaslibet effundat calumnias ac blasphemias, Christi fideles tamen festum hoc ad Deiparæ honorem perpetuo obseruabunt.

IV.  
187.

Si Salomon, omniſque adeo populus Israel tantum gaudij & exultationis in dedicatione & erectione templi magnifici, in quod non nisi tabulæ legis inferendæ essent, ostendit, quid non Christianos, natiuitate, id est, in veteri huius templi perfectione, in quo ipse legis auctor & lator habitare & domicilium habere debet, facere par est? Conceptum hunc à Petro Damiano, sanctissimo simul & doctissimo Cardinale sum mutatus, qui cum figuram superiorum protulisset, in Virginis tandem præconia erumpens, hæc illi epitheta affingit, *hæc est thronus Dei, solium diuinitatis, palatium Regis æterni, gazophylacium thesauri, quo de cruenti prædantis seruitio sumus comparati*. Quis igitur hoc in festo non exulter, cum Ecclesia eodem vniuersos fideles inuiter?

Sum. 1. &  
188.

Mulierilla Evangelica cum drachmam, quam perdiderat, reperisset, gaudio & exultatione effusa, *conuocat amicos & vicinos dicens, Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdidit am.* Magna illa mulier ac parens natura, non vnam, sed omnes margaritas, diuitias, monihæque pretiosissima amiserat, gloriam scilicet, innocentiam, gratiam, immortalitatem, aliaque innumera, sed cum hodie Virginem hanc reperiendo, gemmam pretiosissimam, quæque nulla vquam exstitit illustrior (*multa filia congregauerunt sibi diuitias, in supergressas vniuersas*) omnia hæc reperisset, omnes mundi nationes conuocat, & vnum in locum colligit, vt sibi congaudeant, & de tam perfe-

ctæ creaturæ inuentione, id est, natiuitate congratulentur. Et vere gaudio & læticia dignissima est.

Gaius sibi que congratulatus esset Salomon, si hanc tempore suo mulierem fortem & generosam reperisset, quæ tantopere in Proverbij suis quæsiuit, sibi que ostendi postulat: *Mulierem fortem quis inueniet?* Noltris eam temporibus inuenimus Christianam, & coram oculis nostris nasci vidimus, quod Reges veteres suo tempore tantopere videre cupiebant. Ecce hic mulierem illam fortem, bellatricem illam Amazona, quæ omnipotentem debellabit, diabolum sibi subijciat, & redemptionis mundi, quæ iam in foribus, futura est occasio & exordium.

Tres Purpurati Persæ cum in aula Darij disceptarent, quid ærum omnium forte fortissimum, & suam singuli sententiam protulissent, tandem suam Symbolam attulit etiam Zorobabel, omnibus fortitudine præstare censens mulierem. De Virgine hac nostra sine dubio loquebatur, ac velut Propheta præfagebat Spiritu S. plenus, tandem aliquando, hodierna scilicet die, Virginem nascituram, quæ omnium vquam in rerum natura exstiterit, fortissima futura esset. Quæ enim fortitudo ac robur iram cælestem auertere, inferos obferare, Dæmones cõsternare, Solem ad deliquium cogere, infinitum certis terminis ac finibus circumscribere, omnipotentem vtero ferre, creatorem parere, Dei genitrix existeret, aliaque fortitudinis opera edere? Quæ omnia cum hodie contigerint, an non ingens gaudij & exultationis nobis materia data est?

An nõ vrbi obsessæ ab hostibus, & ad extremam necessitatem redactæ magnum gaudium foret, si ad portum suum nauem comearu onustam appellentem videat? Mundus hic magna quædam ciuitas est. Oriens, Occidens, Septentrio & Meridies illius portæ sunt & ingressus: quinq; annorum millibus hæc obsessæ erat, & ad extremam necessitatem redacta, at gaudio illa non mediocri hodie perfunditur, cum portum suum nauem illam regiam ingredientem videt, videt Virginem inquam nostram, quæ hodie mundi huius mare ingressa, post annos quatuordecim

Simile.

decim

decim panem illum vitæ adfert, qui vniuerso orbi com meatum suppeditabit. Ad hunc conceptum respexisse videtur Salomon, cum in Proverbijis de nauis institoris de longe panem ferente locutus est. Virgo enim hæc vera nauis est ad panem de longe venientem vehendum destinata, veniet enim panis ille de cælo, de quo apud Ioannem dicitur, *Hic est panis, qui de cælo descendit*. Panis qui nauis deuehitur, bis coqui debet, ita quoque panis ille, quem deferet Virgo, *bis coctus, bis genitus*: semel ab æterno in gremio Patris, deinde in tempore, in sacro virginis utero, quis igitur in nauis huius pane vitali onustæ aduentu non exulter?

Gen. 28.

Virgo scala  
Iacob col-  
lata.

Iacob Patriarcha non mediocriter angebatur, quod patria abesset, & in aliena regione laborib. & vitæ molestijs fractus versaretur. Sed nõ minus recreabatur gaudebatque, cum mysticam illam scalam, in qua Angeli & descenderent & ascenderent, in somnis videret. Hactenus quidem dolore & angustia potuit homo, patria cælesti extorris, ac varijs ærumnis & miserijs obnoxius, at scala illa noua in medio mundi fixa, per quam Deus in terram cælitus descenderet, & homo de terra in cælum ascederet, animos illi addit, & gaudij segetem occasionemque; non mediocrem subministrat. Hanc mihi inuentionem & conceptum Petrus Damianus suggerit, vti qui prius me dixit, *Hodie nata est Regna mundi, fenestra mundi, ianua paradisi, tabernaculum Dei, stella maris, scala cælestis, per quam supernus Rex humiliatus ad ima descendit, & homo, qui prostratus iacebat, ad superna exaltatus ascendit*. O gaudium! ò plausum!

Gen. 6.

Item arca  
Noe.

Noe Patriarcha non parum affigebatur, & in animo non exiguam molestiam sentiebat, cum mundum diluuiõ generali oppressum cerneret, omnesque adeo mortales aquis vehementibus inuoluti, at vbi magnam illam arcam ad se & vniuersam familiam suam ab aquis conseruandam paratam vidit, molestiam exiit, & de contra lætitiã induit. Quanto in mœrore, dolore & tristitia generis humani versabatur, cum omnes omnino homines damnari, & horribili damnationis diluuiõ inuolui cerneret, at quam lætandi iubilandique materiam hodie nanciscetur, cum

egregiam illam arcam vitæ huius aquis innatantem, veram, inquam, Noe Arcam ad vniuersum hominum genus saluandum destinatam ac compactam videret?

Præter hæc, festum hoc lætitiã & gaudij occasiones suggerit, quod nouum quidam & penitus admirabile nobis spectandum proponat, creaturam inquam, quæ sine omnino profus peccato & gratiæ plena in hunc mundum venit, natiuitatem, idque præter communem naturam humanam ordinem & filiorum Adam in hoc mundo nascendi consuetudinem, qui iuxta Apostolum omnes filij iræ nascuntur. At hæc sola sine peccato concepta fuit & nata. Atque ideo sponsus illam in Canticis dilaudans ait, *Tota pulchra es amica mea, tota pulchra es, & macula non est in te*, non originalis, non mortalis, non venialis. Cur putatis illum reperisse, *pulchra es?* quod amoris eum fortan vehementia & impetus ex affectu sic loqui coegerit, quasi sic eam pulcherrimam esse significare voluerit, vel forsitan quod interne in anima & externe in corpore foret pulcherrima, fieri quidem potest. Sed meo iudicio indicatum hic est, in conceptione illam suam pulchram exitisse, & in natiuitate hodie sua nõ minus formosam existere.

Dilectus sponsus suæ dotes & qualitates dilaudans ait, *Quam pulchri sunt gressus tui, stilitia Principis!* Per Sponsam illam & filiam Principis omnes omnino Patres Virginem intelligunt, quæ duos quosdam gressus fecit, vnum à non esse a se esse, in conceptione scilicet sua, alterum de esse ad nasci, in natiuitate nimirum, atque ambo pulchri fuere, qui feliciter admodum sine vllõ peccati lapsu peracti fuere, cum ceteri omnes in ijs offenderint, cespitarint, ac misere ceciderint. Atque ideo hæc, ab omni peccato exempta, in mundum veniente & gratijs plenissima, omnes diem hunc vt felicem, salutarem & festum habent. De quo iam plura non loquar, ad reliquum materiæ me accincturus, merita scilicet & dignitatem Virginis enarraturus.

Tanta nempe eius, quæ hodie in mundum venit, merita sunt, vt cum illa Euangelista comprehendere non possit, eadem quam

quam



quam paucissimis sit verbis complexus, de qua natus est Iesus qui dicitur Christus. Quasi diceret: Quicumque scire voluerit, quam perfectionem, quot doctos, quot viros, gratias & merita Virgo hæc nostra in se complexa sit, cogitet oportet, Matrem illam Vnigeniti Dei Filii existisse, qua nulla teste Diuo Thoma, maior aut amplior haberi dignitas potest, cum maiorem perfectioremque filii sui Matre creaturam, propter qualitatem & privilegium ei datum, creare non posset.

Dixit olim Sapiens, parentum decus & ornamentum esse filiorum virtutem ac sapientiam, *Filius sapiens, gloria parentum.* Adeo ut Pater cælestis omnem gloriæ suæ magnitudinem ac diuinitatis splendorem filii sui sapientia acceptum reterat, *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cum igitur Virgo ipsum repetere possit, & Patris cælestis instar gloriari, *Filius meus es tu, ego hodie genui te,* cæquæ obsecro illius magnitudo, dignitas & maiestas?

Poëtæ fabularum Patres vna cum Hæsiodo in Theogonia commentum sunt, Deos olim Pandoram omnigenis donis & muneribus cumulasse, quod cælestem & diuinam sobolem edidisset, quod è nomine illius etiam colligi potest, quod tantumdem Græce sonat, atque omnia dona, fabulosum hoc est & commentum, ac certum cum sit, Virginem tam egregii filii, vnigeniti, inquam, Dei Patris Matrem existisse, quibus eam donis cumularam fuisse credendum? quibus dōribus locupletatam? De qua natus est Iesus qui dicitur Christus. O dignitatem admirabilem!

Deus cum Abrahamum & Dauidem, egregios viros & tantitate eximios amore singulari prosequeretur, & singularem iis gratiam dare decreuisset, suum ut amorem in eos testatam faceret, promisit filium suum è stirpe & progenie illorum nasciturum, *In semine tuo benedicentur omnes gentes:* alteri in Psalmis iurauit, *De fructu v. utris tui ponam super sedem tuam,* &c. Quo audito in terram se prostravit Abraham supplex, tanti honorem ac singulare hoc beneficium faciens, sibi ut vires deesse

*Bessai tom. 3. De Sanctis.*

putauerit ad dignas benefactori gratias persoluedas.

Si tantum sit beneficium Christum con sanguineum, sed non nisi post multas annorum centurias nasciturum, habere, vti Abraham eum & Dauid habere, quæ futura est dignitas ac maiestas Mariæ, quæ vera illius & parens & genitrix existit, quæq; illum sacro tulit vtero nouem mensibus inclusum? De qua natus est Iesus.

Hieronymus Ezechia Regis lacrymarum rationem reddens (*fleuit Ezechias fletu magno*) ait, non ob aliam eum causam fleuisse, quam ob promissum ac iuramentum Dauidi factum, è sua scilicet progenie ac stirpe Messiam nasciturum, quod in se iam morti proximo, & illibero hinc abeunte fractum cernebat atque interruptum. At cum quindecim annos vitæ addidisset Deus, in illorum tertio Manassem genuit, fletus igitur hæc erat ratio, quod hac spe frustraretur, dicebarque intra se, *In me igitur longa hæc & catenata annorum series deficiet, atque illa frustrabor gloria, quod meus non sit nepos Messias futurus? Magni, ut videris, Princeps faciebat, quod Christus è stirpe illius descenderet, quid ergo de Virgine hæc cogitandum, quomodo magnitudo illius ponderanda, quantiq; gloria illius facienda, quod Dei mater fuerit, atque illum vtero tulerit?*

Dauid Rex ut audiuit à Saule se in generum adoptandum & filiam illius Michol ducturum, sese humilians ait, *Quis sum ego: aut quis est filius Isai, ut sim gener Regis?* cumque in aula inter magnates & Principes versaretur, hoc nomine gloriatus dicebat, *An paruum vobis esse videtur esse generum Regis? Tanti scilicet honorem hunc faciebat, ut omnes in Psalmo 112. ad gratias ob tantum beneficium sibi collatum agendas inuitet, *Laudate pueri Dominum: quasi dicere vellet, vos pueri pauperes, plebei & ignobiles, huc adeste, ac mecum nomen Domini deprædicate, & sanctum nomen eius per omnes mundi angulos extollite ac dilaudate, *Quis sicut Dominus Deus noster? id est, dicite num aliquem Deo, quem adoramus, videritis maiorem? *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens****

*L a a a p a n s p e -*

145 d. 4.

111. 10.

141. 1.

Pandoram  
facere  
Poetae,

Gen. 17.  
Psalm. 111.

In Isai. 38. &  
4. Reg. 20.  
Fletus Eze-  
chiae causa.

1. Reg. 18.

Psalm. 112.

*pasuperem, ut collocet eum cum Principibus. Ipse enim bonus ille Deus est, qui paruulum & inopem Dauid è mundi huius facibus & miseriæ fimo, ab omni fortuna destitutum, & inglorium sublimauit, vt cum Principibus illum collocaret, Regis eum generum constitueret, & inter Reges terræ numerari faceret. Si tanti hoc faciebat Dauid, & maximæ sibi id gloriæ esse dicebat, quid de illa cogitandum, quæ hodie nascitur, vt in Deipsum matrem assumatur: Euangelista porro honorem illum comprehendere non valens, ait duntaxat, De qua natus est Iesus, qui dicitur Christus.*

V.  
Simile.

Imitatus Apellem hic Euangelista videtur, qui cum exigua in tabella gigantis alicuius colosseam magnitudinem effingere deberet, videretque comode hoc fieri non posse, pollicem illius tantum depinxit, inferne hoc addito Epigrammate, *Ex vngue leonem, id est, è pollicis huius proportionem facile reliqua gigantis huius magnitudo cognosci potest.* Euangelista magnitudinem, excellentiam, maiestatem ac reliqua merita illius, quæ hodie nascitur, exponere cum vellet ac velut in tabula depingere, videretque hoc apte sciteque fieri, tantamque meritorum copiam tam exiguo in subiecto contineri non posse, satis putauit dixisse, Iesu Christi illam matrem esse, sola hac qualitate de ceteris illius meritis perfectionibusque sufficientem coniecturam fieri posse sibi persuadens, *De qua natus est Iesus, &c.*

Num. 13.

Simile quid vetus proponit testamentum, cum nobis duos illos exploratores è terra promissionis redeuntes depingit, qui vt Hebræis regni illius fecunditatem & fructuum illic prouenientium abundantiam declararent, botrum ingentem in veste velut diuitiarum & feracitatis terræ illius specimen, humeris detulerunt. Cogitate Euangelistam nostrum idipsum hic imitari voluisse: gloriosæ enim Virginis diuitias, perfectiones & admirabiles virtutes eius depingere & declarare volens, magnam illam, quod Christi Domini mater exstiterit, dignitatem ob oculos ponit, quæ velut specimen & omnis magnitudinis infidelitatorumque meritorum eius indicium, *De qua natus est Christus, &c.*

Eia igitur, Catholici auditeores, virginem hanc demiremini, solemne hoc festum colite, felicitatem natiuitatis illius magnificate, ac diem hunc velut dierum omnium iam inde à mundi exordio felicissimum existimate, diem, inquam, qui vniuersum recreat: & non sine ratione, si enim in natiuitate filii Zachariæ plurimi gauisi sunt, (*Et in natiuitate eius multi gaudebant*) an non potiori iure matris Dei natiuitas omnes omnino Catholicos magis recreet & gaudere cogat?

Et sane totus hodie exulcet orbis & plaudat, hodie quippe salutis nostræ ac redemptionis exordium fuit, hodie vitæ arbor in paradiso terrestri plantatur, quæ vobis fructum vitæ est allatura: hodie arca illa absoluta in mundi huius mare exponitur, quæ verum Noe & totius orbis Saluatorem vehet & gestare debebit: hodie thronus ille eburneus & auro conuultus, mundi miraculum, perfectus est, in quo verus Salomon Iesus Christus consistit, hodie arca illa foderis è ligno incorruptibili compacta, & ad legis ipsius authorem recipiendum destinata, perfecta & constructa est: hodie denique turris illa Dauidica, ex qua omnigena dependet armatura, & vndique communia velut inimici terror, fidelium præsidium, ac velut Ecclesiæ propugnaculum agnoscitur, Ad illam igitur confugiamus, illam in asylum deligamus, & toto illam oremus corde, in patronam adoptemus, deuoti illi & obsequiosi simus, & numquam à laudibus illius deprædicandis diuulgandisque lingua nostra conticescat.

Ita etiam fiet, gloriosa ac beata Virgo. Oculi nostri perpetuo te admirabuntur, lingua te laudabunt, & cor totum tibi dedicabitur, te enim velut dignissimam, maximam, ac creaturarum omnium, quæ vquam in mundo vixere, perfectissimam agnoscimus. Deus enim, qui omnibus in rebus liberalis erga te se velut prodigum & profusum declarauit, in vnicam animam tuam colligens, & simul coaceruans, quod ceteris creaturis non nisi sigillatim ac minutim distribuit. In Exodo præcepit Deus, vt Moyse tabernaculum constructuro omnes aurum, argen-

Natiuitatis  
Deiparæ si-  
gura.  
Gen. 1.

Gen. 6.

1. Reg. 10.


Exod. 25.

argen-

Ecc. 11.

argentum, gemmas, imo & animalium pelles conferrent. Mysterium hoc fuit & prognosticon, gloriosissima Virgo, ac meritum tuorum magnitudinis quodammodo presagium: ut enim tu in verum Ecclesie tabernaculum destinata es, ita declarare voluit Deus, omnes sanctissimarum quarumlibet creaturarum perfectiones in tuis finiendas, & Sanctos omnes, qui te praeceperent, è suis virtutibus aliquid ad tuarum perfectionem & complementum collaturos. Adeo ut fidelitate Sara, pulchritudine Rebecca, humilitate Abigail, fortitudine Iudith, & gratia fueris Esther.

È natiuitatis tuae felicitate de ceteris vitae tuae mirabilibus licet praesagire: tibi namque Deus huiusmodi privilegia & gratias contulit, quae numquam vlli alteri collatae sunt. Conceptio siquidem tua sine peccato originali, natiuitas gratia & vitae sanctitate plena fuit, & praeter haec, ipsa Dei matris dignitas, quae tibi collata, verum esse ostendit, quod angelus tibi praedixit, inter ceteras scilicet te mulieres, imo & creaturas omnes benedicendam. O Virgo decus mundi, hominum beatitudo, Angelorum gloria, peccantium patrona, atque omnis misericordiae Mater, pro nobis, obsecro, iam intercede, iram Dei nostri mitiga, nos patri illi reconcilia, furorem illius compesce, & castigationis fulmina manibus illius excute, utque natiuitatis tuae hic festum celebramus, fac obsecro, ut post mortem gloriae tuae fauorem sentire mereamur, ad quam Patre, & Filio, & S. Spiritu ducente vrinam aliquando peruenire, contingat, Amen.

IN FESTO EXALTATIONIS  
SANCTAE CRUCIS.

Partitio.

1. De S. crucis veneratione.
2. De eiusdem maiestate figuris expressa.
3. De eius exaltatione multiplici.
4. De verbis illis: Omnia traham ad meipsum.

Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Ioan. 12.

FIGYRA.

SI veteris legis sacerdotes magna obseruantia & cultu in sanctuario iuxta arcam Testamenti suspenderunt enses, quo Goliath Gethxo ceruicem Dauid adolescens, praeciderat, iauolurum post Ephod, ut ram illustris facinoris instrumentum trophaeum quodammodo foret & perpetuum tum generositatis Dauidicae, tum gloriosissimae de Philisthis relictae victoriae monumentum: ecquid ergo mirum, Redemptoris crucem, qua ille mortem mori coegit, ac diabolum subiugauit, hodie tanto cultu & honore exaltari velut magnitudinis ac potentiae Iesu Christi, illiusque triumphorum, ac de vniuerso mundo subacto victoriarum signaculum, trophaeum ac monumentum? illustris & multis digna verbis materia est: verum ut ipse eam deducere, & vos audire digni reddamini, more solito caelo auxilium aduocemus, cor sursum extollamus, genua vero deorsum submittamus, quo Spiritus Paraleti opem imploremus, idque pio Virginis gloriosissimae interuentu & patrocinio, quam hanc ob causam Angelica voce compellabimus

AVE MARIA.

Admirabile sanctissimae, sacratissimae, & maxime venerandae crucis signum, adeo illustre, regium, mysticum, mirabile ac regifi-

Aaaa 2

I.  
Signum crucis ab omnibus gentibus cultum.

cum